Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

INCP̄T DE PSALMO XLVI·

Dn̄s ds̄ nr̄ fidem in qua uiuimus & ex qua uiuimus per lidrorsū os·
Scribturnes scās multipliciter nobis uarieq: diffundit; Sacramenta
quidem uerborum uarians· fidem tamen [illegible] unam
commendans; una enim eademq: res ideo [illegible] multis
modis dicitur· ut modo ipso dicendi propter [illegible] fastidium
uarietur; Sed propter concordiam una teneatur; Itaq:
in hoc psalmo quem cantatum audiuimus· Cui cantando respondimus;
ea sumus dicturi quae nostis· & tamen fortassis aliquam adiu
uante & donante dn̄o· suauitatem adlaturi sumus uobis·
quando ea quae alibi · & alibi noueratis · etiam commonita ruminatis;
Nam & ipsa ruminatione in qua significat ds̄ munda animalia·
hoc uoluit significare quia omnis homo quod audit; Sic debet
in cor mittere· ut non piger sit postea inde cogitare· ut quando
audit sit similis manducanti· Cum autem audita in memoria
reuocat· & cogitatione dulcissima recolit· fiat similis
ruminanti; Alio ergo modo eadem dicuntur· & faciunt
nos dulciter cogitare quae nouimus· & eadem ipsa libenter audire·
quia modus dicendi uariatur· & res antiqua ipso modo dicendi
renouatur; Titulus psalmi sic habet in finem pro filiis chore·
psalmus ipsi dauid; filios istos aiura habent· tituli psalmorū
etiam alii nonnulli & indicant dulce misterium· insinuant
magnum sacramentum; ubi & nos ipsos libenter intellegamus·
Et agnoscamus in titulo nos· qui audiuimus & legimus· & tamquā
speculo proposito qui sumus intueamur filii chore qui sunt;
Fuit homo quidam chore nomine; sic enim uocabatur aliquis homo;
uerumtamen cum leguntur quae scribta sunt & inuenitur
sermo diuinus loqui ad quosdam· qui non ualde intellegantur
filii esse illius hominis qui uocabatur chore; Recurrit
animus ad misterium ut quaerat quid significet chore; quia
enim hebraeum uerbum ē· dicitur utiq: & interp̄tatur
In grecam linguam & in latinam linguam· & factum ē· Iam
& multa nomina hebraea interpraetata sunt nobis & inspi
cimus & inuenimus chore interp̄tari caluum multo;